bus diuidendi alias hereditates diuidamus iſtaꝫ
Raynutij ⁊ ꝓſuppoſito ꝙ dicit glo. ꝙ hec hereditas
valuiſſet quinquagintaquattuor. primo debet de-
duci tertia matris. ſ. clere. q ſibi debebat iure ſpāli
q2 ſupuixit marito ſuo patri Raynutij ⁊ hec tertia
cōſiſtit in. xviij. ⁊ ſic remāſerūt. xxxvj. ex quib9 etiā
venit deducēda tertia adelaſie vxoris Raynutij.
q2 ſupuixit marito ſuo ⁊ hoc iure ſpāli. vt. ſ. dixi. ⁊
hec tertia ē. xij. ⁊ ſic remanſerūt in hereditate Ray
nutij. xxiiij. dūtaxat expediam9 pmo illas duas ter
tias. ex tertia clere debent iure nature altheroche
tria. nam ambabus nepṫibus d iure cōi ꝓ legitima
debet tertia ꝫ ex. xviij. que fuerūt clere tertia ē ſex.

⁊ ſic tria debet altheroche iure nature. quindecim
vero tā iure nature ꝙ rōne donationis ptinent ad
adiectā. Ex tertia adelaſie debent duo altheroche
qꝛ tertia ſua ꝯſiſtebat in. xij. Tertia vero ps q de-
bet nepṫib9 iure nature erūt qttuor ⁊ ſic duo ꝓ ſua
pte tangebant altherocham. x. vo iure nature ⁊ ꝓ-
pter venditionē reſidui tangebant aliā ptē ⁊ ſic ex
his duabus tertijs qncꝫ ſolum debent altheroche
xxv. heredibus adiecte ⁊ in illis qncꝫ fuit reforma-
ta ſnīa primi iudicis q male ꝓnunciauit illas duas
tertias integraliter deducēdas. ¶ Nūc deſcendam9
ad hereditatē Raynutij q vt dixi cōſiſtebat in vigi-
tiquattuor ex quib9 dꝫ primo detrahi tertia debita
filiabus iure nature in qua nō potuerūt grauari ⁊
ſic octo quoꝝ qttuor debent altheroche i qbus dꝫ
ꝯputare relictū ſibi factū reliq qttuor ptinēt ad ad
iectā remanſerunt ſedecim in quib9 adiecta fuit in-
ſtituta heres ⁊ rogata vt reſtitueret ſorori ſi dece-
deret ſine liberis ⁊ adueniēte caſu reſtitutionis de
trahit quartā trebellianicā q eſt qttuor. ⁊ ſic. xij. ve
niunt reſtituēda ex cā fideicōmiſſi. habebit ꝙ althe-
rocha iſta. xij. iure inſtitutionis ⁊ quattuor iure na
ture. ⁊ ſic. xvj. ⁊. v. ex illis duab9 tertijs ⁊ ſic. xxj. ad
adiecta vero habebit. xxv. ex illis duab9 tertijs ⁊ qt
tuor de iure nature ⁊ ſic. xxix. alia qttuor p trebelt.
⁊ ſic trigintatria. Sed. xxxiij. ⁊. xxj. ꝯſtituūt. liiij. ⁊
ſic habes totā hereditatē Raynutij ⁊ iſto modo ca
piūt iuuenes modū diuidēdi alias hereditates de
functoꝝ. ¶ In gl. in vbo relinquēs ibi ſūt ille due
auc. vna incipit nouiſſima. alia ſm qſdā incipit nō
liceat. hec tñ nō ē in illo ti. de inoffi. teſta. ideo glo.
errauit ſed ē. C. de liberis pteritis. Et in fi. glo. nō
intelligas ꝙ inſtitut9 in re certa habeat p oīa loco
legatarij ꝫ quo ad qdā habet loco legatarij ⁊ q ad
quedā loco heredis. de q dicēdū vt in. l. qtiēs. alle.
i gl. ⁊ inter ceteros effectus opat vnū notabilē effe
ctū inſtitutio in re certa q2 coherede vniuerſali no-
lente adire hereditatē iſte inſtitut9 in re certa habe
bit hereditatē in totū q2 nō pōt teſtator ꝓ pte dece-
dere teſtatus ⁊ ꝓ pte inteſtat9. l. j. §. ſi ex fundo. ff. d
heredi. inſti. quā vtilitatē nō ꝯſequeret iſte ſi foret
pur9 legatari9 imo pderet legatū ex q ex teſtamēto
nō adit hereditas. C. ſi omiſſa cā teſta. qſi p totum
¶ In gl. iij. ibi fuerit cōpendioſa. h gl. videt velle i
iſto pncipio ꝙ hec ſubſtitutio fuerit cōpendioſa. ꝫ
infra quaſi in medio dicit ꝙ fuit fideicōmiſſaria ⁊ h
q2 adiecta que fuit heres pmo loco inſtituta detra-
xit quartā trebellianicā in reſtitutōe q ſolū detrahi
tur ex ſubſtitutione fideicōmiſſaria vt pꝫ inſti. de fi
deicōmiſſa. heredi. p totū. ¶ Sꝫ vt intelligas māꝫ
⁊ habeas intellectū hui9. c. ⁊. c. ſi pater. e. ti. li. vj. ſci
as ꝙ ſubſtitutio ē ſcda vel vlterior inſtitutio. nā in-
ſtitutio fit de eo q in pmo gradu ē inſtitut9 heres.
ſubſtitutio fit de eo q ē ſubſtitutus. i. loco ſcdo inſti
tut9 vel tertio vel vlteriori. nā teſtator pōt facē plēs
gradus in teſtō. oportet enī pmo ncčio ꝙ inſtituat
heredē ſine q nō ē teſtm in. §. ante heredis. inſti. d
lega. ſi vo vult ꝓcedere ad vlteriora pōt. Sꝫ qncꝫ
vult ſibi ꝓuidere in caſu in q heres nō vellet adire
vel alio mō ſibi ꝓuidere ⁊ ob h facit ſubſtitutioneꝫ

⁊ hec ſubſtitutio ē duplex. quedā directa ⁊ quedaꝫ
indirecta ſeu obliqua. directa ē illa ꝑ quā ſubſtitu-
tus capit hereditatē ſine facto alteriꝰ ex diſpōne te-
ſtatoris. ita ꝙ nō oportet recurrere ad ꝑmū hēdeꝫ
ſed adeundo hereditatē efficit dn̄s. l. cuꝫ heredes.
ff. de acq̄r. poſ. exēplum inſtituo titium heredē ⁊ ſi
nō erit heres ſempronius ſit heres h̄ caſu nihil de-
trahit ꝑ primū heredē. ⁊ idē dic in q̄libꝫ directa ſb-
ſtitutione. nā ex ea nō detrahit aliq̄ quarta ꝑ ꝑmū
heredē. vt in. d. c. ſi pater. vbi venūt oīa bona ad
paupes directe ſubſtitutos ſine deductione alicu-
ius quarte. Indirecta ſeu obliqua eſt illa ꝑ quā he
reditas capit ꝑ manꝰ ꝑmi heredis. vn̄ d̄r indirecta
qꝛ imediate nō ſuccedit teſtatori ſ capit de manu al
teriꝰ ⁊ ex hmōi hereditate capit heres ꝑmo inſtitu-
tus quartā ptē totiꝰ q̄ appellat trebellianica ex no-
mine actoris q̄ induxit illā. exēplū huiꝰ fideicōmiſ-
ſarie. pone vt in glo. capit aūt iſta q̄rta ꝓpter one-
ra q̄ ſubijt primꝰ heres. vn̄ ne fruſtra ſit heres ꝓui
dit ille trebellianꝰ vt in reſtitutiōe poſſit deducere
quartā ptē totius ⁊ appellat iſta fideicōmiſſaria. qꝛ
cōmittebat olim in totū fidei ꝑmi heredis. nō enim
cogebat reſtituere ſ hodie cogit. l. pe. C. ad trebel.
⁊ inſti. de fideicōmiſ. heredi. in ꝑn. hec eadē appella
tur obliqua ꝑ rōnem ꝑdictā qꝛ ꝑ obliquuꝫ ſuccedit
ꝑmo teſtatori ⁊ nō directe. appellat etiā ꝑcaria vt h̄
in gl. qꝛ ſit verbis ꝑcarijs. i. rogatorijs. exemplum
inſtituo te hēdē ⁊ rogo vt pꝰ mortē tuā reſtituas he
reditatē meā ſempronio vel in euētu alteriꝰ ꝯditio-
nis vel pure vl' ad certā diē ſicut ē placitū ipi teſta-
tori. Subſtitutio directa diuidit in q̄nqꝫ. nā quedā
ē vulgaris. quedaꝫ pupillaris. alia exēplaris. alia
breuiloqua ſeu reciproca quā omiſit h̄ glo. alia eſt
ꝯpendioſa. ꝑma. ſ. vulgaris ē duplex. q̄dā expſſa ⁊
quedā tacita. ⁊ pone exēplū vt in gl. ⁊ latiꝰ habetur
in. l. iā h̄ iure. ff. de vulg. ⁊ pupilla. ſubſti. ⁊ appellāt
vulgaris multis reſpectibꝰ ſ ꝑncipalit qꝛ oībus pꝫ
nā quilibꝫ pōt ſubſtituere illo mō. Iteꝫ qꝛ ſit ꝑ v̄ba
ſcita ⁊ vſitata. h̄ aūt vulgaris expirat adita heredi-
tate ꝑ primū heredē. vt in. l. pꝰ aditā. alle. in gl. ſcd̄a
ē pupillari q̄ ſit dūtaxat pupillo. maſculis vſqꝫ ad
xiiij. ⁊ feminis vſqꝫ ad. xij. nā iura ꝓuiderūt vt pat
poſſit teſtari ꝑ filio ꝓprio vſqꝫ ad aduentū puber-
tatis nō vltra cū poſſit tūc filiꝰ teſtari iure ꝓprio. ⁊ i
hac req̄runt plura ⁊ int cetera requirit ꝙ pr̄ faciat
ſibi etiā teſtm̄ ⁊ ꝙ filiꝰ ſit ſub ptāte ipiꝰ ⁊ ꝙ illū inſti-
tuat heredē hinc ē ꝙ tale teſtm̄ nō ē ꝓprie filij ſ po-
tius paternū vl' ps paterni. vt in. d. c. ſi pat. e. ti. li.
vj. ⁊ exemplū huiꝰ ſubſtōnis pupillaris pone vt in
gl. ⁊ in. l. j. de vulg. ⁊ pupilla. hinc ē ꝙ pr̄ teſtādo ꝑ
filio excludit mr̄em. vbi filiꝰ ex ſe teſtando nō poſſꝫ
excludere eā q̄ minꝰ ſibi dimittat legitimā. vt in. d.
c. ſi pr̄. ⁊ hec ſubſtō expirat ꝑ aduentū pubertat' qꝛ
vt dixi maiori nō pōt directe ſubſtitui cū poſſit ſibi
facere teſtm̄. vt in. l. i pupillari. ff. de vul. ⁊ pupilla.
Tertia ē exēplaris q̄ ſit furioſo ſeu mētecapto ⁊ d̄r
exēplaris qꝛ fuit inducta ad inſtar ſeu ad exemplū
pupillaris. nā ea eq̄tate q̄ fuit motū ius ad ꝯceden
dū pr̄i vt poſſit teſtari ꝑ impubere nō valēte ſibi fa
cere teſtm̄ eadē eq̄tate fuit motū idē ius ad cōcedē
dū pr̄i vt poſſit teſtari ꝑ filio mētecapto vl' furioſo
q̄ nō valet ſibi facere teſtm̄. vt. l. humanitatis. C. d̄
impube. ⁊ alijs ſubſti. plene no. in. l. ex facto. ff. de
vul. ⁊ pupil. vbi etiā no. nūquid eadē rōne pōt pat
teſtari ꝑ ſurdo ⁊ muto ⁊ ꝓdigo in caſibꝰ in quibus
ſibi nō valēt facere teſtm̄. ⁊ ſunt varie opi. ⁊ cōiter
tenet ꝙ ſic q̄d mihi placet. nā ius ſingulare equum
extendit ꝑ idētitatē rōnis. ad h̄. c. cū dilecta. de cō-
fir. vti. vl' inuti. Quarta ē reciproca ſeu breuiloq̄ q̄
ſit his verbis. filios meos ipuberes mihi heredes
inſtituo ⁊ eos adinuicē ſubſtituo. ⁊ habet h̄ in. d. l
iam h̄ iure. ⁊ d̄r breuiloqua qꝛ ſub breuitate v̄borū
ꝯtinet. iiij. ſubſtitutiones. duas in ꝑſonas cuiuſcū-
qꝫ filioꝝ. ſ. pupillarē ⁊ vulgarē. nā intelligit ꝙ ſi al
ter nō erit heres alius ſuccedat. vel ſi alter decedat
infra tp̄s pupillaris reliquꝰ erit heres ⁊ ita econtra
in ꝑſonā alterius vocat reciproca qꝛ repetit de vna
ꝑſona in aliā. vt. ſ. dixi. Quinta ⁊ vltima ē cōpen-
dioſa ⁊ in iſta eſt difficultas ⁊ cōſiſtit intellectꝰ huiꝰ
c. ⁊ c. ſi pater. ⁊ multoꝝ iuriū ciuiliū. Et ꝓ itellectu
ꝑmitto ꝙ quedā ſunt verba mere directa ⁊ ciuilia.
vt verbū ſit heres vel verbuꝫ inſtituo. nā iſte de iu
re dicunt mere directa ⁊ ciuilia qꝛ important ex ſe
vt hereditas nō capiat a manu alterius ſed ab ipo
teſtatore imediate. Quedā ſunt v̄ba indirecta ſiue
obliqua. vt illa rogo volo mando vt reſtituas here
ditatē tali. nā hereditas nō capit directe a manu te
ſtatoris ſed a primo herede. Quedā ſunt v̄ba com
munia que pn̄t trahi ex ꝓprio ſignificato ad ſubſti
tutionē directā ⁊ indirectā. vt ē verbū ſubſtituo vl'
verbū moriat tali. Exemplū inſtituo te heredem ⁊
volo ꝙ ſi iſte heres meꝰ decedat ſine liberis moria-
tur ſempronio. nā hoc v̄bum pōt intelligi directe
⁊ indirecte vt moriat ſempronio. i. ꝙ ſemproniꝰ ſit
heres meus vl' vt moriat ſempronio. i. ad vtilitatē
ſempronij in effectu vt capiat hereditatē de manu
primi heredis. idē ē de v̄bo ſuccedat vt hic. ideꝫ de
verbo accipiat. vt no. Bar. in. l. cēturio. ff. d̄ vulg.
⁊ pupilla. His premiſſis aduertendum ē ꝙ q̄nqꝫ cō
pendioſa ſubſtitutō ſit a milite teſtante in re milita
ri. q̄nqꝫ ſit a pagano. i. nō milite. Primo caſu cōmu
niter glo. vtriuſqꝫ iuris diſtinxerūt vt ſi ſit ꝑ verba
directa filio īpuberi ſi decedat filiꝰ infra pubertatē
valet iure directo q̄ ad bona pr̄is ⁊ bōa filij ⁊ ſic ſb-
ſtitutus capiat totā hereditatē ſine deductione ali-
cuius quarte. Si vero decedat poſt pubertatē va-
let iure directo in bonis patris priuilegio militari.
ſed in bonis filij nō procedit ſubſtitutio directa. qꝛ
in rebus filij nō poteſt pater etiam miles ſubſtitue
re ſeu facere teſtm̄ poſt pubertatem. iſte eſt tex. i. d.
l. centurio. ⁊ procedunt hec ſm opi. gl. vt no. in. d.
l. precibus. C. de impube. ⁊ alijs ſubſtit. ⁊ in dicta
l. centurio. quādo mat filij ſubſtituti nō ē in medio
Si autē mater viueret voluerunt glo. ꝙ poſt aduē
tum pubertatis obliquetur ſubſtitutio q̄ ad ipa bo
na paterna. ⁊ h̄ per. l. ꝑcibus. ſm vnū intellectum.
ſed Bar. in. d. l. centurio. ſentit ꝙ. d. l. precibus ꝓ-
cedit qn̄ ſubſtitutio ē facta ꝑ verba cōīa vt ſic. l. cen-
turio ex toto remaneat ſalua ⁊ loquatur qn̄ ſit ſub-
ſtitutio ꝑ verba directa. ſ Jo. an. nō tn̄ attingendo

ſpecifice hunc caſum ſentit in.d.c.ſi pater ĩ nouella
ꝙ.l.precibus.loquit̃ in ſubſtitutione ꝑ verba dire-
cta.vnde in glo.ſua in.d.c.ſi pater.ſequit̃ in h̃ the-
oricam glo.iuris ciuilis pcalle.⁊ qꝛ non eſt ꝓpria
materia noſtra ⁊ raro fit teſtamentũ iure militari.
qꝛ iſti noſtri milites nõ gaudent illo priuilegio cuꝫ
nõ pugnent pro republica.⁊c̃.vt in.l.j.C.de iur.⁊
fac.igno.⁊ ibi no.remitto ad.d.l.centurio. Quñqꝫ
hec ſubſtitutio cõpendioſa fit a non milite ⁊ eſt ca-
ſus noſter ⁊ ſi fit impuberi ꝑ verba directa.exẽplũ
inſtituo heredem filium meũ impuberem ⁊ qñcun
qꝫ deceſſerit ſine liberis filius meus ſempronıꝰ ſit
heres.⁊ hoc caſu cõmuniter voluerũt glo.iuris ci-
uilis.⁊ gl.in.d.c.ſi pater.⁊ gl.hic in verbo vel ſub
ſtitutiõis.ꝙ ſi impubes morit̃ infra tempus pupil
lare valet iure directo vnde ſubſtitutus capiet to-
tam hereditatem ſine deductiõe quarte.ad h̃.d.l.
cẽturio.⁊.c.ſi pater.ſi vero moritur poſt tempus
pubertatis expirat in totum.ꝑ.l.in pupillari.⁊.l.
verbis ciuilibus.ff.de vul.⁊ pupilla.ſed Io.an.ali
ter ſentit in.d.c.ſi pater.vt.j.ſubijciam. Quñqꝫ fit h̃
ſubſtitutio per verba cõia.exemplum inſtituo filiũ
meũ impuberẽ heredem ⁊ qñcũqꝫ deceſſerit ſubſti
tuo ſempronium.⁊ hoc caſu glo.iuris ciuilis repe-
riuntur cõtrarie.nam in.l.precibus.⁊ i.l.centurio
pcalle.voluit vt hec ſubſtitutio valeat ſemper vt fi
deicõmiſſaria ⁊ hoc ſentit glo.noſtra.mouent̃ glo.
iuris ciuilis.qꝛ ex quo iſtud verbum ſubſtituo põt
trahi ad directam ⁊ indirectã ſubſtitutionẽ.& ſi tra
heretur ad directam extinguit̃ ꝑ aduentum puber
tatis vt.s̃.dixi.ſi vero ad indirectã valet ſemper vt
fideicõmiſſaria.ergo in dubio debemꝰ cape illum
intellectum ſm quẽ ſemꝑ valeat. Et ex hoc itellectu
infert̃ ꝙ ſi iſta adiecta deceſſiſſet infra tempꝰ puber
tatis potuiſſet eodẽ modo detrahere quartã trebel
lianicam ſicut detraxit nunc poſt aduentũ puber-
tatis.nã verbũ ſuccedat poſitũ hic nõ eſt obliquuꝫ
ſꝫ cõe ⁊ hanc theoricã ſecuta ẽ cõiter gl.in.d.c.ſi pr̃.
Sed alia glo.iuris ciuilis tenuit aliã opi.magĩ ſub
tilem videlicet ꝙ hec ſubſtitutio cõpendioſa facta ꝑ
verbum cõe valeat iure directo infra tempꝰ puber
tatis ſed poſt aduentũ pubertatis obliquatur ⁊ va
let iure fideicõmiſſi hoc voluit glo.no.inſti.de pu-
pil.ſubſtitu.in glo.magna in fi. Et ex hoc infertur
ad intellectuꝫ huius.c.ꝙ ſi adiecta deceſſiſſet infra
tp̃s pubertatis non potuiſſet detrahi trebellianica
qꝛ valuiſſet iure directo. Quñqꝫ ⁊ tertio fit hec ſubſti
tutio cõpendioſa per verba indirecta ſeu obliqua
⁊ tunc in dubio ſemꝑ valet vt fideicõmiſſaria.exẽ-
plum inſtituo heredẽ filium meũ impuberem ⁊ qñ
cunqꝫ deceſſerit volo ꝙ reſtituat hereditatem ſem-
pronio ⁊ hoc caſu ſemꝑ in reſtitutione detraheret̃
quarta trebellianica ex ꝗ hereditas capit̃ de manu
ſua.vt in.l.coheredi.§.cũ filie.ff.d̃ vul.⁊ pupil.no-
uiſſime ſuperueniens.Io.an.in.d.c.ſi pr̃.in nouel-
la.tenuit late materiã examinando ꝙ cõpendioſa
facta impuberi per verba cõia valet directo iure ſi
impubes moritur infra tempus pubertatis. Si ve
ro moreretur poſt pubertatem valet iure fideicom
miſſi ⁊ ſic detrahitur quarta.hoc probat ip̃e iungẽ

do.c.ſi pater.cum iſto.naꝫ ibi ſubſtitutio fuit facta
per verbum moriatur ⁊ valuit iure directo infra tẽ
pus pubertatis vt ibi patet.hic autẽ fuit facta ſub
ſtitutio per verbũ ſuccedat qđ nõ eſt minus cõmu-
ne qꝫ verbum moriat̃ ⁊ valet hoc iure fideicõmiſſi
poſt aduentum pubertatis.cum ergo hec duo ver
ba moriatur ⁊ ſuccedat quaſi idẽ importent ⁊ hoc
valet iure fideicommiſſi.⁊ i.d.c.ſi pater.iure dire
cto ſatis probatur opi.ſua.⁊ ex hoc videt̃ ſentire ꝙ
ſi adiecta deceſſiſſet hic infra tempus pubertatis
valuiſſet ſubſtitutio iure directo ⁊ ſic non fuiſſet de
tracta quarta trebellianica.qđ etiã videtur placere
Bar.i.d.l.centurio. Et ex hoc infero ꝙ ſubſtitutio
hic facta nõ fuit fideicõmiſſaria vt dixit glo.in me
dio.ſed potius cõpendioſa vt dixit glo.in p̃n.que
recipit intellectũ ſm tempus mortis inſtitute.qꝛ vt
dixi ſi deceſſiſſet infra tempus pubertatis valuiſſet
iure directo.poſt pubertatẽ aũt iure fideicõmiſſi.⁊
hoc qꝛ ſemper debemus interp̃tari diſpoſitionem
vt valeat meliori modo ꝗ põt.c.abbate.de verbo.
ſig.⁊ in.l.quotiens.de v̓bo.obli. Ex his ergo infe
rendum ẽ ꝙ ſi in caſu.c.ſi pater.deceſſiſſet ille poſt
pubertatem valuiſſet illa ſubſtitutio iure fideicom
miſſi ⁊ nõ iure directo.ex his habes clarum intelle
ctum huius.c.⁊.c.ſi pater. Plus dixit Io.an.in.d
c.ſi pat̃.ꝙ ſubſtitutio compendioſa facta impuberi
etiam per verba directa obliquat̃ poſt aduentum
pubertatis.nõ autẽ extinguit̃ ꝑut eſt cõis opi.legi
ſtarum.hoc dicit probari in.d.l.precibus.nam lꝫ
ibi mulier ad pompã narrauerit ꝙ maritꝰ teſtator ⁊
fuerit miles tñ nõ fuit teſtatus iure militari.qđ ptꝫ
qꝛ bis ibi ponderatur ꝙ filius erat in ptãte p̃ris qđ
nõ fuiſſet neceſſariũ ſi fuiſſet teſtatus iure militari.
Itẽ ibi in fi.obliquat̃ ſubſtitutio poſt aduentũ pu
bertatis qđ nõ ꝓcedit in teſtõ militis.vt in.d.l.cen
turio. Item ⁊ tertio illa lex ponitur in ti.cõi.nam
ſi procederet iuri militari fuiſſet poſita in tit.de te-
ſta.mili.hanc ſñiam ſuadet p̃ſumpta voluntas te-
ſtatoris.Bar.in hoc ſentit cõtrarium in.d.l.cẽtu-
rio.dicens ꝙ vbi ſubſtitutio fit per verba directa ci
uilia nunqꝫ obliquat̃ ꝑ aduentũ pubertatꝭ.facit.d
l.verbis ciuilibus.⁊.d.l.centurio.hanc opi.Bart̃.
ſequitur hic do.An.⁊ profecto videtur verior de
ſubtilitate iuris.ſed de equitate multuꝫ placꝫ opi.
Io.an propter voluntatẽ teſtatoris ꝗ in ſubſtitu-
tione retulit ſe ad om̃e tp̃s.⁊ predicta ꝓcedunt niſi
ſubſtitutio ſit geminata.puta qꝛ teſtator dixit inſti-
tuo filiũ meũ impuberẽ ⁊ ſi deceſſerit infra tempus
pubertatis vel poſtea qñcunqꝫ talis ſit heres.hoc
eni caſu cõis videt̃ opi.vt infra tẽpus pubertatꝭ va
leat iure directo poſt pubertatẽ iure fideicõmiſſi.⁊
de mã pleniſſime ꝑ Bar.in.d.l.cẽturio. In gl.
in verbo ẽ defuncta.ibi inſtituit,cũ.vel intellige ꝙ
maritꝰ lucrabat̃ bõa vxoris p̃mortue iure lõgobar
do vt habet̃ in lõbarda.ti.de ſucceſſionibus.i.l.fi.
⁊ ẽ lombarda liber in ꝗ ↄtinent̃ leges q̃s fecerũt lõ
gobardi ꝗ longo tp̃e regnauerunt in ytalia. In
glo.in v̓bo vſucapio.ibi.actio p̃ſonalis.dic ꝙ ex te
ſtamento ↄpetũt p̃les actiões vt p̃ſonalis hypothe
caria ⁊ rei vendicatio.⁊ diſtinguendũ eſt vt plene

no.in.l.j.C.cõia de lega. In gl.in verbo itegraliter.ibi.in morte facta fuit.idem dic ſi in vita.ſed glo.ponderat tps mortis vt facili⁹ pſumat fraus.

Nota ex glo.iuncto tex.ꝙ lꝫ teſtm̃ inofficioſum in q.ſ.fili⁹ fuit pterit⁹ reuocat in totũ p querelaꝫ inofficioſi.l.filio pterito.ff.de iniuſto rup.ꝛ irri.teſtõ donatio tñ inofficioſa nõ reuocat in totũ ƀ ſolũ reſpectu legitime q̃ debet iure nature. Scdo no.ꝙ venditio facta de oĩbus bonis in fraudẽ liberoꝝ reuocat q̃ ad legitimã debitã liberis.non aũt in totũ ƀ h̾ intellige qñ venditio fuit vera lꝫ in fraudẽ filiorũ.ſi autẽ fuiſſet ſimulata tunc reuocaret in totũ.ꝛ de materia vide p Bart.in.l.hereditatẽ.ff.de bo.aucto.iudi.poſ. In glo.in verbo q̃rtã partẽ in fi.collige ex glo.ꝙ quarta que debetur iure inſtitutionis cũ hereditas eſt exhauſta legatis ẽ magis ꝑuilegiata q̃ꝫ quarta trebellianica ꝛ q̃rta trebellianica ẽ magis priuilegiata q̃ꝫ legitima q̃ debet filio nam vt vides ex glo.in quarta que debet iure iſtitutionis non computant niſi ea que obueniũt heredi iure inſtitutionis nõ aũt legata vel alio titulo ꝓuenientia.ſed in quarta trebellianica cõputatur nõ ſolum ea que pertinẽt iure inſtitutõis heredis ƀ oĩa q̃ ꝓuenerũt ex teſtõ puta iure legati vl̾ dõatõis alia ꝟo ꝓueniẽtia extra teſtm̃ nõ ꝯputat i hac q̃rta ſ legitima ꝟo q̃ debetur filio ñ ſolũ ꝯputat ea q̃ peruenerũt ex teſtõ q̃cunqꝫ titulo ƀ etiã vñcũqꝫ ſint ꝓfecta vt in iuribus allegatis in glo.ꝛ pleniſſime expedit materia in.l.in q̃rta.ff.ad.l.fal. Auertendũ tñ circa h̾ vltimũ.aut enĩ pat donauit in vita aliq̃d filio ob cãm puta dotis vel donatiõis ꝓpter nuptias.ꝛ illud cõputat in legitima ſua.vt in auc.ex teſtõ.C.de colla.aut fuit facta donatõ ſimplr̾ ꝛ tũc ſi tenuit qꝛ fuit facta filio emancipato vel filio in poteſtate tanq̃ꝫ bñmerito.ꝛ tunc iſtud nõ cõputat in quarta qꝛ valet hec donatio ac ſi eẽt facta extraneo de q̃ tñ plene dicendũ ẽ.vt no.i.d.auc.ex teſtõ.aut donatio nõ tenuit in vita ꝛ tũc cõputat in legitima etiã ſi cõfirmaret morte.de quo dic vt plene.legi.ꝛ no.in.l.filiũ quẽ habentem.C.fami.herc.q̃ aũt ſit rõ diuerſitatis inter iſtas q̃rtas cõiter reddit h̾.legitima filij ꝓprie nõ ꝓuenit ex volũtate pr̃is ſed ex diſpoſitione iuris.nam velit nolit pat oportet ꝙ filius habeat legitimã ſuã iõ in iſta tanq̃ꝫ debita ꝯputant oĩa bona q̃ ſibi ꝓfecta ſunt a pr̃e linitando vt ſ̃. Quarta vero trebellianica debet propter grauamẽ volũtarie iniunctũ heredi a teſtatore iõ ſolũ cõputant ea que ſibi obueniũt ex teſtõ ꝛ ẽ minus priuilegiata iſta q̃ꝫ alia q̃ debet iure inſtitutiõis.vt.ſ̃.dixi.qꝛ minus grauamẽ ſubijt heres iſto caſu q̃ꝫ i alio.nã reſtituta hereditate oẽs actiones hereditarie actiue ꝛ paſſiue in eum cui fit reſtitutio transferunt.l.j.ff.ad trebel.ꝛ in.l.pe.C.e.ti.alio vero caſu inſtitut⁹ remanet heres ꝛ ſubijt oĩa onera hereditaria.iõ hec q̃rta ẽ magis ꝑuilegiata. In gl.i verbo a tpe litis in fi.no.glo.ꝛ dic vt plene no.in.l.in fideicõmiſſaria.ff.ad trebel.ꝛ.d.l.in q̃rta. Itẽ dic ad tex.ſm doc.h̾ nõ cõputant fruct⁹ ꝑcepti ab adiecta filia teſtatoris ƀ ꝑcepti a tutore ꝛ pupillo ꝛ marito adiecit p⁹ mortẽ ipi⁹ ꝛ p⁹ litẽ ꝯteſtatã. In gl.

in verbo legitima.no.hãc glo.ad quã q̃tidie fit remiſſio ꝛ in effectu ponit tres opi.in.q.ſatis nõbili an ſi fili⁹ rogat⁹ reſtituere hereditatẽ poſſit detrahere legitimã iure nãe debitã ꝛ quartã trebellianicam.ꝛ prima opi.eſt ꝙ poſſit ꝛ eam corroborat argumentis vſqꝫ ad.ꝟ.ƀ do. Ja.abinde ponit ſcdam opi.ꝯriam.vt ſolũ vnã deductionẽ facere poſſit lꝫ poſſit petere reliquã ſeu deducere q̃tenus plus eſt in ea q̃ꝫ in deductiõe pri⁹ facta ꝛ durat vſqꝫ ad.ꝟ. alij vero voluerũt abinde vſqꝫ ad fi.ponit tertiam opi.diſtinguentẽ interrogationẽ pure factã ꝛ eã q̃ fit ſub ꝯditione vel ad certũ diẽ vt ꝑmo caſu procedat ſcda opi.in ſcdo caſu ꝓcedit ꝑma.ꝛ h̾ opi.tertia fuit Azo.gloſatoris iuris ciuilis in.l.q̃ꝫ.C.ad.l.fal.tene hanc opi.tertiã reſpectu rogationis facte ſub ꝯditione nõ aũt qñ fit ad certũ diẽ.qꝛ ex q̃ dies reſtitutionis fiende ẽ certa ꝑinde ẽ ac ſi pure fuiſſet facta.ƀ alia gl.in.l.papinian⁹.§.meminiſſe.ff.d inoffi.teſta.ſequit hanc tertiam opi.ad lr̃aꝫ ꝛ idẽ ibi Bar.ꝛ Bal.in.l.filium quẽ habentẽ.ꝑalle.ꝛ doct.moderniores hic ꝛ ſic pluries fuit cõſultũ p Bar.ꝛ Bal.ꝛ pl̾es alios moderniores.ꝛ ſatis põt hodie teneri hec opi.vt ſic iura ciuilia q̃ vident diſcordare a diſpoſitione huiꝰ.c.ꝛ.c.raynaldus.i aliquo ſuſtentent ꝛ rõ diuerſitatis inter vnũ caſũ ꝛ reliquũ ẽ qꝛ in reſtõne pure fienda ꝛ de pñti cõcurrũt eodẽ tpe due deductiões q̃s iuris ciuilis regula oĩo fieri ꝓhibet.vt in.l.in rõne.§.qd vulgo.ff.ad.l.fal.ꝛ in l.iubemus.C.ad trebel.ꝛ in.d.l.filiũ quẽ habentẽ.cũ ſi.ſed in alio caſu qñ reſtõ venit fienda ſub cõditione vel ad certũ diẽ iſte deductiones fiũt diuerſo tpe.ꝛ vt dixi ſtandũ eſt huic opi.vt in aliquo ſaluet regula iuris ciuilis.naꝫ illa regula circũſpecta ꝛ cõſiderata diſpoſitione canonica maxime.c.raynaldus.j.eo.idẽ dicendũ eẽt in vtroqꝫ caſu.nã fortius grauat filius qñ incõtinẽti hꝫ reſtituere hereditatẽ q̃ꝫ qñ ſub ꝯditione vel ad certũ diẽ cũ hoc vltimo caſu ꝑcipiat interim fruct⁹ quos non ꝯputat in q̃rta.vt in.d.l.iubem⁹. Item vbi duo diuerſa iura accidũt eidem ꝑſone cẽſenda ẽ illa ꝑſona iure duoꝝ ſic̃ ſuſtinet vices duoꝝ.vt in.l.ſi cõſul.ff.de adopt.ꝛ i c.cũ olim.ꝛ ibi dixi de re iudi.ƀ in ꝯſulẽdo nõ eſſet recedẽdũ ab illa opi. Vnũ tñ nõbis ꝙ q̃rta trebel.nõ detrahit p heredẽ inſtitutũ in re certa ƀ p heredẽ vniuerſalẽ.ita ꝯſuluit Bal.p.l.j.ad.l.fal.ꝛ intellige heredẽ vniuerſalẽ nõ ſolũ illũ q̃ iſolidũ ẽ iſtitu⁹ hẽs ƀ etiã q̃ in certa quota hereditatis ſic̃ videmus in falcidia q̃ detrahi põt p heredẽ inſtitutũ in dimidia vt ꝓbat in.c.raynaldus.in fi.j.e. Itẽ nõbis hanc gl.circa remediũ in eo ꝙ dicit ꝙ fili⁹ inſtitutus a pr̃e ꝑcepit etiã legitimã ſuã iure inſtitutiõis ꝛ non vt debitũ.nã facit h̾ ad q̃õnem nunq̃d fili⁹ inſtitut⁹ heres a pr̃e poſſit repudiare hereditatẽ paternam retenta ſibi legitima.ꝛ dicendũ ꝙ nõ.qꝛ cũ in legitima fuerit etiã inſtitut⁹ nõ põt ꝓ pte repudiare ꝛ ꝓ pte acceptare.ꝛ hanc opi.notanter tenet Bart.i.l.gerit.ff.de acquir.here.ꝛ Bal.in.l.vnica.C.qñ ñ petẽt ptes.ꝛ eadem rõne idẽ dicendũ eſt in pr̃e decedente ab inteſtato qꝛ nõ põt p pte ag̾ſcere hereditatem paternã ꝛ ꝓ parte abſtinere.ar.in.l.j.§.ſi ex

fundo.ff.de here.inſti.⁊ hoc no. ¶ Ultimo no.hāc
glo.in eo ꝙ dicit ꝙ lʒ legitima ſit debita filio non tñ
adeo ē debita vt cōpetat filio actio cōtra pſem. ⁊ in
tellige glo.in vita pſis qꝛ ita loquit.nā filius nō po
teſt in vita patris petere legitimā ꝗnimo plus dixit
Bal.in auc.ſi qua.C.de ſac.ſan.eccl. ꝙ pſe ingre-
diente religionē nō pōt filius petere legitimā a mo
naſterio in vita ipſius.qḋ videt pzima fronte ꝯtra
caſum.c.cū ſcimus.j.de regu.vbi hoc vide.

Tua nobis. Eps cōpellit fideicō-
miſſarios ſeu execu-
tores teſti ad exequendas pias cās ſeu vo
luntates defunctorū etiā ſi teſtator hoc interdixiſſʒ
cōis diuiſio.ſcḋa ibi.cum igit. ¶ Nota primo ꝙ re
ligioſi ⁊ clerici ſeculares ac laici pñt deputari execu
tores teſtamentorū.⁊ in religioſis dic vt habet ſ.c.
ij.j.e.ti.li.vj.excipe tñ fratres minores quibus h
officiū eſt interdictū.vt in cle.exiui.de vbo.ſigni.⁊
dic vt ibi.nunquid aūt poſſunt iſti mixtim deputa-
ri executores.Jo.an.in.c.ioannes.j.e.dicit ꝙ ſic ⁊
ibi plenius de hoc.an aūt femina poſſit eſſe execu-
trix.vide p Jo.an.in.d.c.ij.j.eo.tit.li.vj.⁊ als fuit
cōſulū ꝙ nō.ꝯrium ſentit Bal.qꝛ nō cōparet mu-
lier tanꝗ̄ ꝓcuratrix ſ intentat actiones noie ꝓpzio
de q̄ p eū in.l.id qḋ paupibus.⁊ in.l.ſi quis ad de-
clinandam.C.de epi.⁊ cle. ¶ No.ſcḋo ꝙ legata ad
pias cauſas diſtribuunt p eū quē teſtator deputa-
uit.ſ in reſtitutione male ablatoꝝ ē dubium. nā q̄-
dam volunt ꝙ indifferenter teneat epus illa diſtri
buere.de quo in.c.cū ſit.j.de iude.⁊ in.d.c.ij.⁊ vi
de qḋ dixi in.c.ſi heredes.ſ̄.e.ti. ¶ Nota ibi alijs
vſibus.ꝙ executores nō pñt cōmutare vſū deſtina
tum p teſtatorē.nūquid aūt cū conſenſu epi pñt cō
mutare in meliorē vſum.pulchza eſt queſtio. de q̄
vide p Jo.de lig.in cle.qꝛ cōtingit.de religio.do.⁊
placet mihi opi.ꝙ non.ex quo poteſt deputari ad
vſū deſtinatū.nam iura ſolū excipiūt principis au
ctoritatē.vt.d.cle.qꝛ cōtingit.⁊ facit.l.legatū.ff.de
vſufru.lega.cū ibi no.⁊ vide qḋ dixi in.c.nos.ſ̄.e.
¶ Ulterius no.ꝙ volūtas defuncti oīno eſt adim-
plenda niſi ſit irrōnabilis ⁊ ꝓpter irrōnabilitatem
nō valet interdictio teſtatoris vt eps nō impediat
ſe ꝯ executores.nam quēadmodū ipſe teſtator ma
le agendo nō pōt ſe ſubtrahere a foro epi ita nō po
teſt ſubtrahere ſuos executores i officio male agē-
tes. ¶ Sed circa predicta quero qd ſi teſtator man
dauit vt eps nō impediret ſe de executiōe. diceres
tu.hic videt tex.ꝓ deciſione qōnis ſ certe ſi ponde
rabis tex.nō decidit qōnem ꝓpoſitā ſolū eni ꝓbat
ꝙ eps pōt cōpellere executores nō obſtante ꝓhibi
tione teſtatoris.non aūt dicit ꝙ poſſit realiter exeq̄
aſſumendo officiū executoris ꝯ voluntatē teſtato-
ris ⁊ in hoc putarē ꝙ aut teſtator ꝓuidit ſibi d alio
executore i caſu negligētie pzimi ⁊ nō ſuccedit eps
in executiōe.ar.in.l.nulli.⁊ in.l.ſi ꝗs ad declinādā
C.de epi.⁊ cle.aut teſtator ſolū ꝓhibuit epm ne de
beret exequi nec ꝓuidit ſibi de alio executore ⁊ tūc
puto ꝙ ſaltē in relictis ad pias cauſas eps ſuccedit
nō obſtante ꝓhibitione teſtatoris.ad h bon⁹ text.
in auc.de eccle.ti.in.§.ſi quis aūt ꝓ redēptione.cū

duobus ſe. ¶ Ultimo querit de quotidiana qōne
teſtator madauit centū diſtribui ꝓ male ablatis.de
mū poſt teſtatoris mortē male ablata repta nō aſcē
dunt ad tātā ſummā qd fiet d reſiduo an debeat ce-
dere lucro heredis quēadmodū qñ deficit aliud le
gatū.vt in.l.ſiꝗs titio.ff.de lega.ij.⁊ videt pmo ꝙ
debeat cedere heredi.qꝛ expſſio cauſe limitat lega-
tū.vt in.l.ſi.ff.de aur.⁊ ar.le.Ja.de are.in quodā
tractatu executorū vt refert ⁊ ſequit Bal.in.d.l.ſi
ꝗs ad declinandā.diſtinguit ꝙ aut teſtator ꝓhibu-
it in aliū caſum dictā quātitatē expendi ⁊ cedit here
di.aut ſimplr diſponit ⁊ dʒ diſtribui int pauperes
ar.in.d.l.legatū.qſi velit ꝙ ſicut legatū in piū vſū
ꝯuertit in aliū vſū ſi nō pōt deputari ad vſuʒ deſti-
natum.vt in.d.auc.de eccle.ti.in.§.ſi ꝗs in nomie
dixi ſ.c.nos.ſ̄.e.ita ⁊ iſtud legatū relictum ꝓ male
ablatis.⁊ hoc puto veriſſimū qꝛ ex q̄ teſtator expſ-
ſit certā quantitatē credendū ē illā deberi lʒ nō ap
pareant debentes recipe. Idē ē obſeruanduʒ in ꝓ
miſſione ſeu cautione quā hodie pſtāt vſurarij ma
nifeſti.nam ſolent ⁊ debent ꝓmittere quātitatē re-
ſtituere veriſilr extortam.vnde ſi non apparent de
bentes recipe totā quātitatē dʒ reſiduū diſtribui in
ter paupes.vt le.⁊ no.in.c.ꝗ̄ꝗ̄.de vſu.li.vj. ¶ In
glo.j.ibi.q̄ ad hunc caſum reſtringit pōdera ⁊ no.
glo.q̄ apte ſentit epm nō poſſe ſe impedire de reli-
ctis ad non pias cauſas.⁊ p hac opi.facit iſte tex.q̄
ſolū facit mentionē de pijs volūtatib⁹.ſed gl.tenet
cōtrariū in.c.ſi heredes.ſ̄.e.idē hoſtiē.⁊ Inno.⁊
ad hunc tex.rñdet hoſti.ꝙ oīs voluntas teſtatoꝛi
dicitur pia.tu vide qḋ latius dixi.in.d.c.ſi heredes

Rainaldus. Filius rogatus re-
ſtituere hereditatē
detrahit tertiā iure nature ⁊ quartā trebel-
lianicā in quibus pōt legata relinquere heredes i-
ſtituere ⁊ penā imponere.h dicit vſq ad fi. Princi
paliter diuidit in tres ptes. In pma facti narratio
In ſecūda auctoris ꝓnunciatio. Tertio fnie cōfir-
matio.ſcḋa ibi.dilect⁹.tertia ibi nos. Prima ⁊ ſcḋa
pñt ſubdiuidi in plꝛes ptes q̄ ſatis patet in text. ¶ Et
ꝓ intellectu lre querit de mō diuidendi hanc here-
ditatē raynaldi ſ pmittendū put glo.ſentit in vbo
reſiduo ꝙ hec hereditas cōputatis bonis paternis
q̄ ſubiacebāt reſtitutioni valebat.lxiiij.⁊ ſup qbuſ-
dam bonis valentib⁹.xxxij.fuit factū cōpromiſſuʒ
inter raynaldū ⁊ patruos.⁊ in his.xxxij.habebat
raynaldus occaſione tertie ⁊ quarte medietatē.nā
primo detrahēdo trebellianicā ex.xxxij.hʒ octo.⁊
ex.xxiiij.remanentib⁹ detrahēdo tertiā iure natu-
re.ſ.octo hʒ in totū.xvj.alia vo.xvj.veniūt reſtitu-
enda patruis ex teſtō peponis.ex iſtis.xvj.legauit
medietatē auunculis ⁊ ſic octo.tenetur ḡ patruus
qui fuit inſtitutus heres pro dimidia dare quattu-
oꝛ auunculis rōne legati ⁊ filij ipſius qui fuerunt in
ſtituti ꝓ alia dimidia tenent dare alia quattuoꝛ pa
truus aūt qꝛ nō paruit voluntati teſtatoris tenet re
ſtituere ratione pene quattuoꝛ ſibi relicta. Itē alia
quattuoꝛ legata auunculis ex quibus pōt detrahe
re vnum ratione falcidie qꝛ hereditas erat exhau-
ſta legatis filij patrui ſi adibunt hereditatem tenēt

ſoluere quattuoꝛ auunculis legatarijs. Alij vero
quattuoꝛ retinebunt ſibi cū fuerint inſtituti hędes
nec reperiunꝛ veniſſe cōtra voluntatē teſtatoris. ha
bebūt ergo auūculi. viij. ex legato ꝓpꝛio ꝛ quattu-
oꝛ occaſione pene. ꝛ ſic. xij. dēpto vno rōne falcidie
ꝛ ſic in effectu habebūt. xj. patru⁹ hꝫ vnuꝫ occaſiōe
falcidie ꝛ ſic ſūt. xij. iiij. habebunt patrui filij. ꝛ ſic
xvj. ꝛ alia. xvj. ſunt reſtituenda patruis ex teſtō pe
ponis. ꝛ ſic habes diuiſā medietatem totius. ¶ Ve
niamus ad alia. xxxij. in quibus habebit raynald⁹
xvj. occaſione tertie ꝛ quarte reliqua vero. xvj. ve-
niunt reſtituenda patruis ex cā fideicōmiſſi. illa vō
xvj. que ptinebāt raynaldo fuerūt relicta patruo ꝛ
filijs ꝛ ſic patru⁹ hꝫ octo ꝛ oēs filij alia octo. patru⁹
qꝛ venit cōtra volūtateꝫ teſtatoꝛis teneꝛ reſtituere
ſua octo auunculis. filij vero patrui habebunt alia
octo qꝛ nō venerūt cōtra volūtatē teſtatoꝛis ꝛ ſic cō
iungendo patru⁹ habebit. xxxij. ex cā reſtitutiōis
ꝛ vnū ex. l. falcidia ꝛ ſic trigintatria. auūculi vō ha
buerunt pꝛius. xj. ꝛ nūc viij. ꝛ ſic. xix. filij patrui ha
buerunt pꝛius quattuoꝛ ꝛ nunc octo. ꝛ ſic. xij. ſed ꝛ
xij. ꝛ. xix. cōſtituūt. xxxj. ꝛ. xxxj. ꝛ. xxxiij. cōſtituunt
lxiiij. in quibus cōſiſtit tota hereditas raynaldi cō-
putatis bonis paternis ꝛ ſic habebis intellectū di-
uidendi. ¶ No. pꝛimo ex pncipio iuncto. ꝟ. dilect⁹
ꝙ pater inſtituendo filiū heredē pōt cū grauare de
reſtituendo ad certū diem vel ſub cōditiōe oīa bōa
paterna. in his aūt q̄ debenꝛ filio ex legitima ſibi ꝺ-
bita vel ex trebellianica nō poteſt eum grauare ſup
reſtōne. pōt ꝗ̄ fili⁹ diſponere de parte ſua ꝓut vult
nō obſtante volūtate paterna. Ex quib⁹ infero ꝙ
legitima debita filio iure nature nō ſuccedit oīo in
cauſa alimentoꝝ qꝛ cum alimenta deficiant p moꝛ
tē filij ſequereꝛ ꝙ pater poſſet de illa legitima diſpo
nere poſt moꝛtē filij cuius ꝯriū hic ꝓbatur. ꝛ hoc
facit ad ea que dixi in. c. raynutius. ſ. eo. ¶ Scdō
inferꝛ ꝙ licet pater poſſit teſtari ꝓ filio impubere.
vt in. c. ſi pater. eo. ti. li. vj. ꝓ filio vero pubere teſta
ri nō pōt. nec de ſuis rebus aliter diſponere. ¶ Se
cūdo no. ꝙ duo ex tribus arbitris nō poſſunt ferre
laudū tertio moꝛtuo vel abſente niſi h̄ habeaꝛ ex
foꝛma cōpꝛomiſſi. Inn. tñ hoc ſingulariter limitat
niſi abſens dixiſſet iudicium ſuum ꝛ audiuiſſet ali
os. nā tunc duo etiā tertio abſente poſſūt ferre ſen
tentiā. qꝛ ceſſat rō. l. itē ſi vnus. ff. de arbi. quoniaꝫ
ex quo non potuit duos trahere ad ſniam ſuā fru
ſtra deſideratur eius pꝛeſentia. ſed hoc dictū Inn.
repꝛobatur per Bar. in. l. duo ex tribus. ff. de re iu
di. moueꝛ quia nō ſolū ſubeſt cauſa pꝛedicta immo
etiam defectus poteſtatis qꝛ duo ſine tertio nō ha
bent ptātem pꝛonunciandi ꝛ hoc mihi placet. ꝛ vi
de ꝙ hodie habeꝛ in. c. ij. de arbi. li. vj. ¶ Nota ter
tio ꝙ qs poteſt legare partem ſuā quā habet in ali
qua re. licet non expꝛimat quod ius vł quale habe
at in illa re. pꝛo hoc facit quia legando quis ſimpli
citer rem ſuam videtur ſolum legare ius qḋ habet
in ea re. vt in. l. ſi domus. ff. de lega. j. ¶ No. quar
to ibi legauit. ꝙ verbum lego adiectum vniuerſita
ti bonoꝝ inducit heredis inſtitutioneꝫ. ꝛ ſic ſi di
co lego tibi omnia mea videoꝛ velle te inſtituere he
redem meum quod optime pꝛobatur hic pꝛeſuppo
nendo ꝙ iſta fuerunt verba teſtatoꝛis. de quo per
Bal. in. l. inter omnes. C. famił. herc. ꝛ de hoc ali
quid dicam cum glo. ¶ Nota quinto ꝙ teſtatoꝛ po
teſt id quod adimit vni occaſione pene alteri lega
re ſicut hic legauit auunculis quicquid abſtulit ab
heredibus. ¶ Nota ſexto ꝙ vbi libellus continet
plures articulos ſententia poteſt eſſe pꝛo parte cō
demnatoꝛia ꝛ pꝛo parte abſolutoꝛia. ¶ Item nota
ꝙ hoc caſu pōt quis approbare ſententiaꝫ reſpectu
articuli facientis pꝛo ſe ꝛ reſpectu alterius facienꝛ
contra appellare. ꝛ ſic nota bonam pꝛacticam appel
landi vt quis appꝛobet ſententiam quatenus facit
pꝛo ſe ꝛ quatenus contra ſe ab ea appellet. nam tot
videntur ſententie quoꝛ ſunt articuli. l. etiam. ff. ꝺ
minoꝛi. ¶ Nota ſeptimo in verbo dilectus ibi i re-
bus pꝛedictis. ꝙ filius habet in ſingulis bonis pa-
ternis ius legitime ſue. ꝛ ſic facit in argu. ꝙ legiti-
ma filij poſſit detrahi de rebus ſingulis paternis.
ꝛ idē ꝓbari videtur i trebellianica. qḋ an indiſtīcte
ſit verum. dicam. j. ſuper glo. in verbo poꝛtiones.
¶ Item nota ibi non obſtante. ꝙ arbitrium vł lau
dum non poteſt impedire alienationem rei quem
admodū nec pactū ꝑuū. de quo vide qḋ plene no.
per Bar. in. l. ſi quis ita ꝓmiſit. in. §. ea lege. ff. de
verbo. obli. ꝛ ibi bonus tex. ꝛ videtur pꝛobare hec
littera a contrario ſenſu ꝙ ꝓhibitus alienare rē ni-
ſi in certas ꝑſonas nō pōt īpune illā alienare etiaꝫ ī
vltima voluntate. colligiꝛ hic notabile qꝛ hic pōde-
ratur ꝙ laudum arbitroꝝ non potuit impedire
alienationem ergo a contrario vbi valeret diſpoſi
tio pꝛohibitionis fuiſſet extenſa hec pꝛohibitio eti-
am ad vltimā voluntatem. de quo vide lati⁹ ꝛ pul-
chꝛius per Bar. in. d. §. ea lege. ¶ Item nota ꝙ li-
cet legatarius poſſit agere pꝛo legato conſequēdo
contra heredem qui adiuit hereditatem cōtra euꝫ
tamē qui nō adiuit agere nō poteſt. Et ex hoc et ex
tex. inferꝛ ꝙ ſi duo ſint inſtituti heredes quoꝝ vn⁹
adiuit alter non legatarius poteſt petere legata ab
eo qui adiuit ꝓ parte eum cōtingente ꝛ non teneꝛ
expectare vt oēs adeant. ¶ Item nota ꝙ iudex ap
pellationis nō teneꝛ ſimpliciter ꝓnunciare male iu
dicatū ꝛ bene appellatum vel econtra ſed poteſt eti
am condemnare ſi iudex a quo omiſit debitā cōdē-
nationem. ꝛ generaliter dic ꝙ cū ſuccedit in locum
pꝛimi iudicis pōt ꝛ dꝫ oīa facere q̄ pꝛim⁹ iudex po-
terat ꝛ debebat. ꝛ vide de hoc qḋ latius dixi. ſ. e. c.
raynutius. ꝛ in. c. cum ioannes. ꝺ fide inſtru. Iteꝫ
nota ꝙ pena adiecta a teſtatoꝛe nō cōcernit niſi bo-
na q̄ obueniūt ex teſtō ꝓpꝛius. vñ nō extendiꝛ ad bo
na q̄ ſubiacēt reſtitutioni ex teſtō alterius. ¶ No.
ꝙ inſtitutio facta de patre ꝛ filijs non videtur facta
vt ſuccedant oꝛdine ſucceſſiuo ſed admittunꝛ eq̄li-
ter ꝛ paꝛ cōſequiꝛ medietatē. filij vero oēs ſił conſe
quūtur aliā medietatem. nō intelligas eo reſpectu
qꝛ filij ſ. qꝛ ꝯiūcti ſub noīe collectiuo iō habentur lo
co vnius. de quo vide qḋ legiꝛ ꝛ no. in. l. ſi. C. ꝺ im-
pube. ꝛ alijs ſubſti. ꝛ ob hō i tex. ponderaꝛ ꝙ patru-
us poſſidebat iſta bona ꝓ medietate. ¶ No. i verbo
ſaluo ꝙ cum hereditas eſt exhauſta ſeu extenuata

ꝓpter legata pōt heres detrahere falcidiā ⁊ ſic q̄r
tam partē ⁊ tn̄ ſi hereditas ſit exhauſta occaſiōe pe
ne inflicte per teſtatorem ⁊ in hoc ē iſte tex. ſati no-
tabilis. aliqui tn̄ ꝯ. ſed tex. multū facit ꝓ primo di-
cto vt. ĩ. dicetur latius. ¶ Itē nota ꝙ heres nō cō-
ficiens inuentarium nō pōt detrahere falcidiā. rō.
qꝛ nō preſumitur ꝙ hereditas ſit exhauſta legatis
ſ ꝙ potius heres vſurpauerit bona ⁊ oritur p̄ſum-
ptio ꝙ noluit cōficere inuentariuꝫ. de q̄ vide quod
no. Bar. in. l. in rōne. §. qḋ vulgo. ff. ad. l. fal. ⁊ qḋ
legiẗ ⁊ no. in auc̄. de here. ⁊ falci. ⁊ dꝛ inuentarium
ſcriptura cōtinēs oīa inuenta ſeu repta in p̄rimōio
defuncti. ⁊ alio vocabulo diciẗ reptoriū. vt. l. tutor.
qui reptoriū. ff. de admi. tu. ¶ Itē no. ex hoc ⁊ ex
tex. ꝙ iura canonica approbant cōfectionē inuenta
rij quo ad excludendū heredē a beneficio falcidie.
nunq̄d aūt approbēt ad hoc vt heres teneaẗ credi-
toribus hereditarijs vltra vires hereditarias ſicut
diſpoſitum eſt de iure ciuili. vt in. d. auc̄. d̄ heredi.
⁊ fal. dic ꝙ ſic quo ad foꝝ cōtentioſū qꝛ ius ciuile eſt
fundatū ſup̄ p̄ſumptione nec repiẗ ꝯriū de iure ca-
nonico imo nec m̄ā videẗ approbata hic. ſ quo ad
forū penitentiale nō teneẗ vltra vires hereditariaſ
vt no. Io. an. in. c. ij. de vſuris. li. vj. ⁊ plenius per
Fre. ꝯſiẗ. xxj. ¶ Ex hoc colligo ꝙ nō ſemp̄ ius ciuile ē
obſeruandū in foro penitentiali ⁊ eſt rō in caſu no-
ſtro qꝛ ius ciuile in hoc fundatur ſuper p̄ſumptiōe
⁊ nō ſup̄ veritate ſ in foro penitentiali attendimus
veritatem ⁊ de omnibꝰ crediẗ confitenti cum ſoluꝫ
agitur de preiudicio aīe ſue. vt in. c. ſignificaſti. de
homici. ex quo ꝗ in p̄nīa diẗ heres ꝙ nil vſurpauit
ceſſat p̄ſumptio iuris ciuilis que fundatur ſup̄ vſur
patione. nam veritate manifeſta cedit opi. veritati
vt in. c. veritate. viij. di. ¶ Et ex his habes vnaꝫ nota
bilem regulā ꝙ vbicūqꝫ ius humanū ē fundatū ſu
p̄ſumptione nō eſt obſeruanduꝫ in foro aīe ſi veri
tas ē ꝯ p̄ſumptionē. ꝓ hoc. c. tue. ĩ. de ſpon. ⁊. c. lit
teras. in fi. ſ̄. de reſti. ſpo. ⁊ in. c. a nobis. ij. de ſen.
excō. vide Bal. in. l. j. C. de ſacro ſan. eccl̄. ⁊ qḋ no.
Cal. ſ̄. in ꝓemio huiꝰ cōpilationis vbi latiꝰ hāc ma
teriā attingit. ¶ Itē no. ꝙ licet ab herede extorq̄aẗ
rōne pene iniuncte in teſtō totū patrimoniuꝫ here
ditatis nō tn̄ deſinit eſſe heres. vnde retinet ius ⁊
nomen heredis imo qḋ plus ē detrahit falcidiam
tanq̄ꝫ heres ſm̄ vnā opi. de qua. ĩ. h̄ clare colligiẗ h̄
nā raynaldus voluit ꝙ ſi heredes ſui venirent ꝯ le
gatū factū auunculis pderent oīa bona ⁊ patruus
rōne cōtrauentionis fuit hic cōdemnatus ad reſti
tutionē oīm bonoꝝ ⁊ nihilominꝰ remanſit heres a
deo ꝙ remanſit ſibi bn̄ficiū legis falcidie. ⁊ facit i ſi
mili tex. no. in. l. ex facto. §. vltimo. ff. de vulg. ⁊ pu
pilla. vbi diciẗ ꝙ ſi hereditas auferaẗ alicui tanq̄ꝫ in
digno nihilominus remanet in eo ius ⁊ nomē he
redis ⁊ pōt eē rō qꝛ ex q̄ quis fuit ſemel heres non
pōt facto hoīs deſinere eē heres. ꝓ h̄ bonus tex. in
ar. in. l. ⁊ ſi ſine. §. ſed qḋ papinianus. ff. de minor.
¶ Vltimo noẗ. ibi ꝯ volūtatē teſtatoris. ⁊c. ꝙ falci-
dia detrahiẗ etiā hodie ꝯ tacitā volūtatē teſtatoris.
⁊ ſic auc̄. ſ cū teſtator. C. ad. l. fal. q̄ ꝓuidet vt teſta-
tor poſſit hodie ꝓhibere detrahi falcidiā hꝫ locū in

ꝓhibitiōe expſſa nō aūt tacita. h̄ ꝓbaẗ apertiſſime h̄
litera illa auc̄. nā illa auc̄. p̄ceſſit diſpoſitionē hꝰ. c. ⁊
iſte tex. dicit ꝙ ꝯ volūtatē teſtatoris falcidia eſt idu
cta. vnde dꝫ intelligi de tacita voluntate. ꝓ h̄ qꝛ hic
nō fuit expſſa volūtas teſtatoris in ꝓhibitione fal-
cidie ſ tacita qꝛ mandauit ꝙ oīa bona q̄ poſſent ob
uenire heredibꝰ deuoluerenẗ ad auūculos. ⁊ ſic ta
cite ꝓhibuit falcidiā ſ de hac tacita ꝓhibitiōe hic
nō curaẗ. ⁊ hanc opi. tenuerūt quidā in. d. auc̄. ſed
cum teſtator. ſ hic videẗ caſus inducendo vt. ſ̄. in-
duxi. ¶ Vltimo induco iſtū tex. ad notabile dicuꝫ
ꝙ pena appoſita ex ꝯuentione cōmittiẗ ex ſola ꝯue-
tione facti q̄ꝛq̄ꝫ ꝯuentio nō habuerit iuris effectuꝫ
nā vides h̄ ꝙ ꝯuentio patrui non habuit impedire
legatū factū auūculo ⁊ nihilominus pena appoſita
ex ꝯuentione habuit locū. ⁊ facit h̄ ꝓ pena appoſita
in cōpromiſſis cōtra ⁊ aduerſus ꝯuenientes vt cō-
mittatur pena licet ꝯuentio nō habuerit aliquē ef-
fectum. Siliter cōmittiẗ pena ex ꝯuentiōe iuri ſeu
de iure facta. vt in. l. nuda. C. de ꝯtra. ⁊ cōmitt. ſti.
de verbo firmū ⁊ verbo ratū eſt glo. noẗ. in. l. id qḋ
paupibus. C. de epi. ⁊ cle. ⁊ p illā gl. dicit ibi Barẗ.
ꝙ ſi quis ꝓmiſit ſub pena aliquid habere ratū non
ꝯmittiẗ pena ſi quis ꝯuenit de facto ſecꝰ ſi ꝓmittit
habere firmū. qꝛ verbū ratū referẗ ad ius. verbuꝫ
firmū refert ad factū qḋ ē diligenter notandum.
¶ Quero qꝛ hic reſeruaẗ beneficiū legis falcidie nun
quid facidia ſit detrahenda de legatis ad pias cau
ſas. ¶ No. tex. eſt hodie apertus ꝙ nō in auc̄. ſiłr. C.
ad. l. falcidiā. ¶ Sed dubiū remanet in trebellianica
nunquid illa detrahatur ſi reſtitutio hereditatis ē
fienda ad pias cauſas. ⁊ videẗ tex. a cōtrario ſenſu
in. c. ſi pater. ĩ. co. ti. li. vj. ꝙ ſic. nam ibi diciẗ ꝙ non
habebat ibi locū deductio legitime ⁊ trebellianice.
qꝛ ſubſtitutio facta de paupibus fuit directa nō au
tē fideicōmiſſaria. ergo ſecus ſi fuiſſet fideicōmiſſa-
ria. ⁊ hanc opi. tenuit Io. an. in glo. ſua. moueẗ eti
am qꝛ falcidia detrahiẗ a ſingulis rebus qn̄ heredi
tas eſt exhauſta. vnde licet heres nō detrahat falci
diam de legatis ad pias cauſas detrahit tn̄ d̄ alijs
⁊ ſic fruſtra nō erit heres. ſed trebellianica detrahi
tur ex toto corpore hereditatis qn̄ tota hereditas
venit alīs inſtituenda. vnde ſi heres non poſſet de-
trahē trebellianicā tūc fruſtra eēt heres. Itē auc̄.
ſiłr. ſolū faẗ mētionē de falcidia ⁊ n̄ d̄ trebellianica.
Sꝫ cōis opi. doc. vtriuſqꝫ iuri ē i oppoſitū vt nec fal
cidia nec trebellianica habeat locū i iſtis legatis ad
pias cauſas. hanc opi. tꝫ ſpe. i ti. de inſtru. edi. i. §.
cōpēdioſo. v̄. ſ cū deductio. Cy. i. d. auc̄. ſ cuꝫ teſta
tor. Bar. i. l. marcellꝰ. ff. ad trebel. ⁊ Bal. i. l. id qḋ
paupibꝰ. p̄alẗ. moderniores doc. iuri canonici. h̄. ⁊
